

Die Urkunden Karls des Großen, 84b

(C.) Carolus gratia dei rex Francorum et Langobardorum vir inluster. Quicquid enim ad locis sanctorum venerabilium congruenter ob amore dei concedimus vel confirmamus, hoc nobis procul dubio ad aeternam beatitudinem domino protegente pertinere confidimus. Ideoque cognoscat magnitudo seu utilitas vestra, qualiter venerabilis vir Fulradus abba clementiae regni nostri suggessit, eo quod in amore vel reverentia beatissimi sancti Dionisi, Rustici et Eleutherii in sua proprietate in pago Alisacense in loco qui dicitur Fulradouilare infra finis Audoldouilare cellam aedificasset vel a novo suo opere construxisset et inantea auxiliante domino et bonorum hominum aedicare velleat, ubi beatissimus et sanctus Ippolitus corpore requiescit humatus. Propterea nos propter nomen domini et anime salutem, eo quod mercis nostra in aeternum permaneat, vel etiam ad petitionem fideli nostro Fulrado ad ipso loco superius conscripto aliqua loca silvestria pro opportunitate et stipendia servorum dei ibidem degentium in pago Alisacense ex marca fisco nostro Quuqingishaim in amore beatorum sanctoturm Dionisii et Priuati necnon et sancti Yppoliti donamus donatumque in perpetuum esse volumus, hoc est silva ex foreste nostra superius nominata de una parte Laimaha, ubi dicitur Bobolinocella, et inde primitus, ubi Aetsinisbach venit in Laima; inde vero per Aetsinisbach, ubi ipse surgit, inde etiam Nannenstol, deinde autem monte usque ad Rumbach, deinde Thidinisberch, deinde in alia Rumbach, deinde in Bureberch, exinde in tertia Rumbach; deinde autem pergit in Achinisragni, inde in fersta per ducias et confinia, inde per Laimaha fluvio in valle de ambas ripas per marca Garmaringa et Odeldinga usque Deophanpol et inde per Laimaha fluvio de alia ripa, usque in Audenbach in Laimaha confluit, et pergit per ipso fluviolo usque radices Stophanberch per valle sub integritate ipsius monte usque in Stagnbach, inde per Riuad marca Odeldinga et Garmaringa et inde per confinia usque in Deophanpol. Ista omnia per loca denominata marcas et confinia totum et ad integrum infra ipsos fines tam pascione quamque avis capiendo ad ipso sancto loco concedimus atque pro opportunitate ecclesiae indultum esse volumus et iubemus, ut per tota illa foreste nostra foras ipsos finis denominatas pastura ad eorum pecunia ex nostra indulgentia concessum habeat. Precipientes enim iubemus, ut nullus quislibet de fidelibus nostris neque de iudicaria potestate qui ipsa casa dei vel rectores eius de ipsa loca denominata inquietare nec condemnare nec contra rationis ordine facere non presumatis nec vos neque iuniores seu successoresque vestri sed pro mercedis nostre augmentum vel stabilitatem regni nostri in luminaribus ipsius ecclesiae vel ad stipendia servorum dei ibidem consistentium futuris temporibus proficiat in augmentis, qualiter delectet ipsa congregazione pro nos et uxore nostra etiam et proliis domini misericordia attentius exorare. Et haec auctoritas firmior habeatur vel per tempora melius conservetur, manu propria subter firmavimus et de anulo nostro sigillare iussimus.

Signum (MF.) Caroli gloriosissimi regis.

(C.) Uuigbaldus advicem Hitherii recognovi et (SR. NT.: Uuihbaldus advicem Hitherii recognovi et subscripsi). (SI. D.)

Datavi octavo decimo kal. octobris anno sexto regnante domno nostro Carolo gloriosissimo rege; actum Dura palatio publico.